entibus scis tuis & tua in nobis dona multiplices. & tēpora
nrā disponas. p̄. **VIII. ET DEC. NAT. SCI CRISOGONI.**

Adesto dñe supplicationibus nrīs ut qui ex iniquitate nrā
reos nos esse cognoscimus. beati chrysogoni martyris tui
intercessione liberemur. p̄. **SVPEROBLATA.**

Oblatis q̄s dñe placare muneribus. & intercedente beato
chrysogono martyre tuo. acunctis nos defende periculis. p̄.

Veterne dñi. Qui nos assiduis martyrum passio **PRAEFATIO**
nibus consolaris. & eorum sanguine triumphale. quē pro
confessione nominis tui. infidelibus prebuere fundendū.
ad tuorum facis auxiliū transire fidelū. p̄ xpm̄ **ADCOPT**

Tui dñe p̄ceptione sacramenti. & anrīs mundetur occul
tis. & ab hostium liberemur insidus. p̄ dñm̄ nr̄m.

DOMINICA. V. ANTE NATALE DNI.

Exalta dñe potentia tuā & ueni. & quod ecclesie tuae
promisisti. usque in finē sc̄li clementer operare qui
uicis & regnas cū dō patre. **SVPEROBLATA.**

Sacrificiū dñe tibi celebrandū placatus intende. quod &
nos auitis nrā conditionis emundet. & tui nomini red
dat acceptos. p̄. **PRAEFATIO.**

Vp̄ xpm̄ dñm̄ nr̄m. Cuius primi aduentus mysteriū.
ita nos facias dignis laudibus & officiis celebrare. p̄
sentēque uitam inculpabilem ducere. ut secundū ua
leamus interteri expectare. p̄ quē. **ADCOPT.**

Animæ nræ q̄s omp̄s d̄s. hoc potiantur desiderio ut atuo spū
inflāmentur. ut sicut lampades diuino munere satiati.
ante conspectū venientis xp̄i filii tui uelut clara lumina ful
geamus. p̄ eund. **iii. K̄t DEC̄B. NAT̄ SC̄ORUM SATUR
NINI. CRISANTI. MAURI. ET DARII.;**

Beatorū martyriū dn̄e saturnini. & crisanti nobis ad sit
oratio. ut quod obsequio ueneramur. pio iugiter ex
periamur auxilio. p̄. **SVPER OBLATA.**

Populitui dn̄e q̄s tibi grata sit hostia. quæ talibus sc̄orum
martyriū tuorū saturnini & crisanti sollemnitatib; immolat̄ p̄

Mysteriis dn̄e repletisumus uotis & gaudiis. presta **AD COPT.**
q̄s. ut ^{per} qui intercessionē sc̄orū martyriū tuorū saturnini
& crisanti. quæ corporaliter agimus spiritualit̄ consequam̄ p̄.
EODEM DIE NAT̄ SC̄I SATURNINI.

Dñi quinos beati saturnini martyris tui concedis natalicio
p̄ frui. eius nos tribue meritis adiuuari. p̄. **SVPOBT.**

Munera dn̄e tibi dicata sc̄ifica. & intercedente beato saturni
no martyre tuo. p̄ eadē nos placatus intende. p̄
Vxp̄m dn̄m nr̄m. Cuius gr̄a beatū saturninū in sacerdo
tium elegit. doctrina ad prædicandū erudit. potentia
ad p̄ferandū confirmauit. ^{t. serupandū} Vt p̄ sacerdotale infulā. puen
r̄ ad martyrii palmā. Docensque subditos prædicando.
instruens uiuendi exemplo. confirmans patiendo. ad te
coronandus puenir̄. qui p̄ secutorū minas intrepidus

et superavit.
superasset. Cuius interuentus nos q̄s an̄r̄is mundet delictis.

quitibi placuit tot donorū prerogatiuis. p̄ que. **AD CŌPT.**

Sci fiet nos dñe q̄s tui p̄ceptio sacramenti. & intercessione
scōrū tibi reddat acceptos. p̄. **ITĒ EODĒ DIE VIOT SCI ANDREAE.**

Qs omp̄s d̄s. ut beatus andreas ap̄t̄s ^{tuus} p̄ nobis imploret auxiliū.

ut an̄r̄is reatibus absoluti. acunctis etiā periculis exuam̄. p̄.

Sacrandū tibi dñe munus offerimus. **SVPOBLATA.**

beati andreae sollēnia recolentes. purificationē quoque.

n̄r̄is mentibus imploramus. p̄. **PRAEFATIO.**

Veterne d̄s. Et maiestātē tuā suppliciter exorare. ut qui
beati andreae apostolici festū sollēnibus ieiuniis & deuo
tis praueinimus officis. illius apud maiestātē tuā. & adiuue
mur meritis. & inferuimur exemplis. p̄ xpm̄. **AD CŌPT**

Perceptis dñe sacramentis. suppliciter exoramus. ut inter
cedente beato andrea ap̄t̄o tuo. quae pro illius ueneranda
gerimus passione. nobis proficiant ad medelam. p̄.

II. K̄t DECŌ NAT̄ SCI ANDREAE.

Maiestatē tuā dñe suppliciter exoramus. ut sicut eccl̄e
tuae beatus andreas apostolus extitit praedicator et
rector. ita apud te sit p̄ nobis p̄petuus intercessor. p̄t̄.

Sacrificiū n̄r̄m tibi dñe q̄s beati andreae **SVPOBLAT**

precatio sc̄a conciliet. ut cuius honore sollēniter ex

hibetur. meritis efficiatur acceptū. p̄. **PRAEFATIO.**

Vxpm̄ dñm̄ n̄r̄m. Qui ecclesiā tuā in apostolicis tri

buisti consistere fundamentis. de quorū collegio beati andreae sollemnia celebrantes. tua dñe praetoria nunciamus. Et ideo cū angelis. **AD CŌPT.**

Sūpsimus dñe diuina mysteria beati andreae festiuitate letantes. qua & sicut tuis scīs ad glām. ita nobis q̄s. adueniā pdesse pficias. p. **ALIAE ORATIONES.**

Danobis q̄s dñe dñr. beati apostolici andreae intercessio nibus subleuari ut p quos ecclesiae tuae supnumuneris rudimenta donasti. p eos subsidia ppetuae salutis impendas. p.

Adiuuet ecclesiam tuam tibi dño supplicando. beatus **ALIA** andreas ap̄t̄. & pius interuentor efficiatur. qui tui nominis extitit predicator. p dñm. **ALIA**

Dī quies scōrū tuorū splendor mirabilis. qui hunc diem beati andreae martyrio consecrasti. da eccleae tuae deus natalicia sēp gaudere. ut apud misericordiam tuam. exemplis eius protegamur et meritis. per dñm nr̄m **ALIA.**

Exaudi dñe populū tuū cū scī ap̄t̄ici andreae patrocinio supplicante. ut tuo sēp auxilio securatibi possit deuotione seruire. p. **DOMC. III. ANTE NALE DNI.** Ad te laudibus

Exorta dñe q̄s potentiam tuam & ueni. ut ab imminentibus peccatorū nr̄orū periculis. temereamur protegente eripi. et liberante saluari. qui uiuis & regnis. **SVP OBLATA.**

Hæc sacranos dñe potenti uirtute mundatos. ad suū faciunt puriores uenire principium p **PRAEFATIO.**

Veterne dñi. Cui propriū est ac singulare quod bonus es. & nulla umquā a te es cōmutatione diuersus. propitiare qđ dñe supplicationibus nr̄is. & eccl̄e tuæ misericordiā tuā quā dep̄catur ostende. Manifestans plebituæ unigenitū & incarnationis mysteriū. & aduentus admirabile sacramentū. ut in uniuersitate nationū constat esse p̄fectū. quod uatum oraculis fuit ante p̄missū. percipiat que dignitatē ad op̄tionis. quos exornat confessio ueritatis. p̄ quē **AD CŌPT.**

Suscipiamus dñe mediā tuā in medio tēplū. & reparatio nis nr̄e uentura sollempnia. congruis honoribus p̄cedam. p̄ **ORATIONES DE AD TV DN̄I COTIDIANIS DIEB; ADMISSA.**

Dñi qui conspicias, quia in tua pietate confidimus. concede propitius, ut de cœlesti sēp̄ protectione gaudeamus. p̄ **ALLA**
Subueniat nobis dñe misericordia tua. ut ab imminentib; peccatorū nr̄orū periculis, temereamur p̄tegente saluari. qđ cū.
Grata tibi sint dñe munera quibus mysteria **SYPOBLAT** celebrantur. nr̄e libertatis & uitæ. p̄ **PRAEFATIO.**

Veterne dñi. Et maiestatem tuā humilit̄ exposcere. ut ita nos unigenitū tuū, in p̄senti sæculo illustrā respectus. qualit̄ nos culpis omnibus emundatos. inueniat secundus eius aduentus. p̄ quē. **AD COMPLENDUM**

Daqđ omp̄s dñi. cunctæ familiæ tuæ hanc uoluntatē xp̄o filio tuo dñō nr̄o uenienti in operibus iustis aptos occurrere. ut ei dexteræ sociari. regnū mereant̄ possidere cœlestē p̄

ITEM ALIA MISSA.

Exalta dñe potentia tuā & ueni. ut tua p̄pitiacione saluem̄. quic.
Intende q̄ dñe sacrificiū singulare. ut huius par-^{te ad.} **SVPOBLI.**
cipitatione mysterii quæ speranda credimus. expectata sumam̄. p̄

Veterne dñi. Et inmensā pietatē tuā in defessis **PRAEFATIO**
precibus exorare. ut unigenitus tuus sēp̄ maneat in cordib;
nr̄is. qui nasci dignatus est de uirgine matris. Faciat q;
idoneos. & ad celebranda natalis sui festa. & ad percipienda gaudia
sempiterna. quæ laudant angeli. **AD COMPLENDUM.**

Hos quos reficis dñe sacramentis. attolle benignus auxiliis.
ut tuæ redēptionis effectū. & mysterii capiam̄ & morib; p̄.

ITEM ALIA MISSA.;

Exultemus q̄ dñe dñi nr̄ om̄s recti corde in unitate fidei con-
gregati. ut ueniente saluatore nr̄o filio tuo. immaculati
occurramus illi. in eius scōrū comitatu. qui tec̄. **SVPOBLI**

Concede q̄ omp̄s dñs ut huius sacrificii munus oblatū. frugi-
litate nr̄am ab omni malo purget sēp̄ & muniat. p̄ **P̄FAT.**

Vxp̄m̄ dñm̄ nr̄m. Qui ab antiquis patribus expectatus.
ab angelis nuntiatus. a uirgine conceptus. in fine seculorū
hominibus est presentatus. Qui appropinquante natui-
tatis suæ festo. ita q̄ sit nobis placatus. qualiter tecū. & cum
spū scō ad nos ueniat. nobiscū p̄petim̄ p̄ mansurus. p̄ quē ma-

Sp̄m̄ nobis dñe tuæ caritatis infunde. ut quos uno **AD COPT**
cælesti pane satiasti. una facias pietate concordēs. p̄ dñm̄ eisdē spū sc̄i.

*Ab spū scō
conceptus. a
uirgine natus. inf.*

VII. ID. DEC. OCTABAS SCI ANDREAE.

Protegat nos dñe sepius, beati andreae apti repetita sollēnitas.
ut cuius patrocinia sine intēmissione recolimus. ppetuā de
fensionem sentiamus. p **SVPEROBLATA.**

Indulgentiā nobis dñe praebeant haec munera q̄s dñe largiorē.
quae venerabilis andreae suffragiis offeruntur. p **ADCŌPT.**

Adiuet familiā tuā tibi dñō supplicando. uenerandus an
dreas apti. & eius pius interuentor efficiatur. qui tui nominis
extitit praedicator. p. **III. ID. DEC. NAT. SCI DAMASI.**

Misericordiā tuā dñe nobis q̄s. interueniente beato confessore
tuo damaso clementer impende. & nobis peccatoribus, ipsius
propitiare suffragiis. p **SVPOBLATA.**

Danobis q̄s dñe sēp haec tibi uota gratanter p̄soluere, quibus
sci confessoris tui damasi depositionē recolimus. & presta, ut
meus sēp laude tuā glam praedicemus. p **ADCŌPLENDŪ.**

Sumptū dñe caelestis remedii sacramentū. & ad ppetuam
nobis prouenire grām, beatus damasus pontifex obtineat. p
DOM. III. ANTE NATALE DNI.

Exita, corda nr̄a. ad preparandas unigeniti tui uias. ut p̄ ei
aduentū, purificatis tibi mentibus seruire meream̄. quae cūm.
lacare q̄s dñe humilitatis nr̄ae precibus et **SVPOBLATA.**

Phostis. & ubi nulla suppetunt suffragia meritorū. tuis no
bis succurre praesidiis. p. **PRAEFATIO.**

Veterne ds. Qui tuo in enarrabili munere praestitisti. ut

natura humana, ad similitudine[m] tu[m] condita, dissimilis p[ro] pecca-
tum & mortē effecta. nequaquā in æt[er]na d[omi]nacione periret.
sed unde peccatū mortē contraxerat. inde vitā tuā pietasim
mensa repararet. & antiquę uirginis facinus. noua & inte-
merata uirgo maria piaret. Quę ab angelo salutata. ab spū
scō obumbrata. illū gignere meruit. quicuncta nasci suo
nutu concessit. Quę & mirabatur corporis integritatē. &
conceptus fecunditatē. gaudebatque suū paritura paren-
tem. ih̄m xpm̄ dnm̄ nr̄m. p[ro] quē. **AD CŌPT.**

Repleti cibo spiritalis alimonie, supplices te dñe deprecamur.
ut huius participatione mysterii, doceas nos terrena despi-
cere. & amare cęlestia. **p[ro] ID DEC[em] NAT[ur]e SC[ilicet] LUCIÆ.**

Exaudinos d[omi]ni salutaris nr̄i. ut sicut debeate lucie festiuitate
gaudemus. ita pie deuotionis erudimur effectui. **p[ro] SUP[er] OBLATA.**

Acepta tibi sit dñe sacratę plebis oblatio. p[ro] tuorū honore
scōrū. quorū semeritis perreperisse detribulatione cognoscit
auxilium. **p[ro] dnm̄. AD COMPLENDUM.**

Satiasti dñe familiam tuā muneribus sacris. eiusq[ue] sęp[er] inter-
uentione nos resoue. cuius sollēnia celebramus. **p[ro] dnm̄.**

DOM[us] II. ANTE NATALE DNI.

Aurē tuā q[ui] dñe precibus nr̄is accomoda. & mentis nostre
tenebras. grā tuę uisitationis illustra. **p[ro] SUP[er] OBLATA.**

Deuotionis nr̄e tibi q[ui] dñe hostia iugiter immolet. quę &
sacri pagat instituta mysterii. & salutare tuū nobis mirabi-

liter operetur. p. **PRÆFATIO.**

Vxp̄m̄ dnm̄ nr̄m̄. Cuius incarnatione salus facta est mundi.
& passione redēptio procurata est hominis procreari. Ipse
nos q̄ ad eternū p̄ducatur p̄miū. qui redemit de tenebris
infernorū. Iustificet que in aduentu secundo. qui nos re-
demit in primo. Quatinus illius nos a malis omnibus defendat
sublimitas. cuius nos ad uitā erexit humilitas. p̄ quē maiestate

Imploremus dn̄e clementiā tuā. ut hæc diuina **INCŌPT**
subsidia auitis expiatis. ad festa uentura nos p̄par̄ent. p̄

FERIA. IIII. IEIUNIUM MEN̄S DECIMI.

Presta q̄ amp̄i d̄s. ut redēptionis nr̄e uentura sollempnitas.
& presentis nobis uitæ subsidia conferat. & eterne beatitu-
dinis p̄mia largiatur. p̄. **ALLI.**

Festina q̄ ne tardaueris dn̄e. & auxiliū nobis sup̄ne uirtu-
tis impende. ut aduentus tui consolationibus subleuent̄.
qui in tua pietate confidunt. Qui uiuis. **SUP̄OBLATA.**

Accepta tibi sint dn̄e q̄ nr̄a ieiunia. que & expediando
nos tua gr̄a dignos efficiant. & ad sēpit̄na p̄missa p̄ducant. p̄.

Vxp̄m̄ dnm̄ nr̄m̄. Quē p̄ salute hominū nas **P̄FATIO.**
citurū gabriel archangelus nuntiavit. uirgo maria
sp̄i sc̄i cooperatione concepit. Ut quod angelica nun-
tiant sublimitas. uirginea crederet puritas. ineffa-
bilis p̄ficeret deitas. Illius itaque optamus te opitulanti
te cernere faciem sine confessione. cuius in carna

tionis gaudemus sollempnitate. Quatinus purificati ieiuniis. cum
etis purgati auribus. natalis eius inter esse mereamur sollempnibus;
festis. p̄ quē maiestātē. **AD COMPLENDUM**

Salutaris tui dñe munere satiati. supplices deprecamur. ut
cuius letamur gustu. renouemur effectu. p̄ dñm nr̄m.

FERIA. VI. AD APOSTOLOS.

Excita q̄s dñe potentiā tuā & ueni. ut hi qui in tua pietate
confidunt. ab omni citius aduersitate liberentur. quoniam.

Muneribus nr̄is q̄s dñe precibusque susceptis. **SYPOBLAI**
& celestibus nos inunda mysteriis. & clementē exaudi. p̄.

Veterne dñi. Qui sc̄ificator & institutor es abstinentiæ. cuius
nullus finis. nullusque est numerus. effunde q̄s sup nos
in diebus ieiuniorū nr̄orū sp̄m gr̄a salutaris. & ab omnib;
nos p̄turbationibus sc̄ti huius. tua cōdefensione conserva.

Vt qui unigenitui celebramus aduentū. continuū eius sen
tiamus auxilium. p̄ quē maiestātē. **AD CŌPT.**

Tuinos dñe sacramenti libatio sc̄a restauret. & aueritate
purgatos. in mysteriū salutaris faciat transire consortiū. p̄.

SABB̄ IN XII. LECT̄ AD SC̄M PETRUM

Dñi qui conspicias quia ex nr̄a prauitate affligimur. & omne
de propitiis. ut ex tua uisitatione consolemur. p̄ **ALIA**

Concede q̄s omp̄s. ut qui sub peccati iugo uetusta serui
tute deprimimur. exspectata unigeniti filii noua nati
uitate liberemur. p̄ eundem. ; **ALIA.**

Indignos nosq[ue] d[omi]n[us] famulos tuos. quos actionis proprię culpa
contigitat. unigeniti filii tui nos. aduentu lætificat. q[ui] t[em]p[or]e. **AD**

Præsta q[ui]s[que] amp[li] d[omi]n[us] ut filii tui uentura sollēnitat[is]. & presentis
nobis uitę remedia conferat. & præmia æt[er]na concedat. qui t[em]p[or]e.

Preces populi tui q[ui]s[que] d[omi]n[us] clement[er] exaudi. ut qui iuste **AD**
pro peccatis nr[ost]r[is] affligimur. pietatis tuę uisitacione cōsolem[ur]. p[er]

Diquitibus pueris mitigasti flāmas ignium **ADMISSAM**.
concede p[ro]pitius. ut nos famulos tuos. n[on] exurat flāma uiciorū. p[er] :

Sacrificiis presentibus d[omi]n[us] placatus intende. ut **SVPOBLAT**
& deuotioni nr[ost]r[is] proficiant & saluti. p[er] **PRÆFATIO**

Veterne d[omi]n[us] Quinon solū peccata dimittis. sed ipsos etiā iusti
ficas peccatores. & reis non tantū poenas relaxas. sed dona lar
gis & præmia. Cuius nos pietatē supplices exoramus. ut qui
iunius & uotis sollēnibus. natiuitatē unigeniti tui præue
nimus. illius dono. & presentis uitę p[er]turbationibus caream[us].
& æt[er]na munera capiamus. p[er] quē maiestatē. **AD CŌPT.**

Quod d[omi]n[us] d[omi]n[us] nr[ost]r[is] ut sacro scā mysteria. que pro reparationis nr[ost]r[is]
munimine contulisti. & presens nobis remediū eē facias & futurū. p[er]

DOMINICA. I. ANTE NATALE D[omi]n[us] ;

Excita d[omi]n[us] potentiā tuā & ueni. & magna nobis uirtute
succurre. ut p[er] auxiliū gr[ati]ę tuę. quod nr[ost]r[is] peccata præ
pediunt. indulgentia tuę propitiacionis acceleret. Qui uiuis.

Sacrificiis presentibus d[omi]n[us] placatus intende. ut & **SVPOBLAT**
deuotioni nr[ost]r[is] proficiant & saluti. p[er] **PRÆFATIO**.

Vxp[ist]m d[omi]n[us] nr[ost]r[is] ; Quē iohannes præcessit nascendo. & in

*Eccl[esi]e tue
d[omi]n[us] munera
sc[ri]ptura. & cō
de. ut p[er] hæc
ueneranda
mysteria. pu
ne celesti re
fici merea
mur. p[er].*

desertis heremi prædicando. & influentis iordaneis baptizan-
do. & ad inferna descendendo. Cuius uenerande natiuitatis
proxime uentura sollemnitas. ita nos q̄ tibi placitos reddat
ut cū fructu honorū operū ad regna cælestia introducat.
Ut parando in cordibus nr̄is uia dñō. fructusque dignos
penitentiæ faciendo. p̄ prædicationē iohannis. obtemperem
monitis nr̄i saluatoris. Sic que perueniamus p̄ filiū sterilis
ad filiū uirginis. p̄ iohannē hominē magnū. ad eundem
dn̄m nr̄m hominē dn̄m. Qui sicut uenit ad nos redimen-
dum occultus. ita iustificet cū adiudicandū uenerit ma-
nifestus. p̄ que **AD COMPLENDUM.**

Sumptis muneribus dn̄e q̄s. ut cum frequentatione my-
sterii. crescat nr̄e salutis effectus. p̄ dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m.

ITEM ORATIONES DE ADVENTŪ DN̄I

Excita dn̄e potentia tuā & ueni. & quod eccl̄e tue pro-
misisti. usque in finē seculi clementer operare. qui uiuis.
Conscientias nr̄as q̄ dn̄e uisitando purifica. ut ue **ALLI**
nens ih̄s xp̄e filius tuus dn̄s nr̄. paratā sibi in nobis in-
ueniat mansionē. qui tecū. **ALLI.**

Prope esto dn̄e omnibus expectantibus te in ueritate.
ut in aduentu filii tui dn̄i nr̄i. placitis tibi actib; presentem
Concede q̄s omp̄s d̄s. ut magne festiuitatis uentū **ALLI**
ra sollemnia prospero celebremus effectū. pariter que
reddamur. & intenti cælestibus disciplinis. & deuīs

temporibus letiores. p̄ dñm nr̄m ih̄m xp̄m. **ALIA.**

Mentes nr̄as q̄s dñe lumine tue uisitationis illustra. ut esse te largiente meremur. & inter prospera humiles. & inter aduersa securi. p̄

ALIA.

Preces populi tui q̄s dñe clementer exaudi. ut qui de aduentu unigeniti filii tui secundū carnē letantur. in secundo cū uenerit in maiestate sua. præmiū uitæ eterne percipiant. p̄ eundē. **XII. KT IAN̄ NAT. SC̄I THOME APT̄I**

Danobis q̄s dñe. beati apt̄i tui thome sollempnitatibus glariari. ut eius sep̄ & patrocinis subleuemur. & fidem congrua deuotione sectemur. p̄ **SV̄POBLATA.**

Debitū dñe nr̄e reddimus seruitutis. suppliciter exorantes. ut suffragiis beati thome apostoli in nobis tua munere tuearis. cuius honorando confessionē. laudis tibi hostias immolamus. p̄ **PRÆFATIO.**

Veterne d̄s. Qui ecclesiam tuā in apostolicis tribuisti consistere fundamentis. De quorū collegio beati thome apostoli tui sollempnia celebrantes. tua dñe præconiā nō taceat̄. Et ideo. **ADCOMPLENDUM.**

Conserva dñe populū tuū. & quē sc̄orū tuorū præsidis non desinis adiuuari. p̄petuis tribue gaudere remediis. p̄ **INNOME OMNIUM APOSTOLORUM.**

Ds qui nos p̄ beatos apostolos tuos. ad cognitionē tui nominis venire tribuisti. danobis. eorū gloriā sep̄t̄nā.

& proficiendo celebrare. & celebrando proficere. p **SVPOBLATA**

Gloria dñe scōrū apostolorū ppetuā ^{trecentos} **præcurrentes** q̄s. ut eandē

sacris mysteriis expiati. dignius celebremus. p **PRÆFATI**

Veterne dñ. Et te in tuorū apostolorū glorificare honore.

Qui & illis tribuisti beatitudinē sēpiternā. & infirmitatū nra

talia præstitisti suffragia quæ audire possis p nobis. p xp̄m d

Perceptis dñe sacramentis. suppliciter rogam. **ADCOPT**

ut incedentibus beatis apostolis tuis itt & itt. quæ illorū

ueneranda gerimus passione. nobis pficiant ad medelā. p

IN VIGILIA VNIUS MARTYRIS.

Q̄s omp̄s dñ. ut nra deuotio. quæ natalicia beati itt mar

tyris antecedit. patrocinia nobis eius accumulet. p

Magnifica dñe beati itt sollēnia recensemus. **SVPOBLATA.**

quæ p̄ntis cordibus ambientes. oblatiis muneribus. & suscipi

mus & præmimus. p **ADCOMPLENDUM.**

Scā tua dñe debeati itt martyris preciosa passione. et

sollēnitate quā præmimus nos refouent. quibus & iugiter

satiāmur. & sēp desideramus expleri. p **ITĒ ADMISSA**

Votiuos nos dñe q̄s beati martyris tui itt. natalis sēp ex

cipiat. qui & iocunditatē nobis suæ glorificationis infun

dat. & tibi nos reddat acceptos. p dñm. **SVPOBLATA**

Præsentiā munera q̄s dñe. ita serena pietate intuerē. ut sc̄i

sp̄s pfundantur benedictione. & in nris cordibus eā dilectionē

ualidam infundant. p quā sc̄i martyr itt omā corporis tor

menta deuicit. p. **PRAEFATIO.**

Veterne dñi. Et in presenti festiuitate sc̄i martiris tui itt. tibi confitendo laudis hostias immolare. Tuamque in mensam pietatē implorare. ut sicut illi dedisti celestis palmam triumphi. sic eos suffragante. nobis emendationē ac ueniam concedas peccati. Ut in te exultemus in misericordia in quo ille letatur in gloria. p. xpm̄ dñm̄. **AD COMPLENDUM.**

Sumpsimus dñe sc̄i itt martiris sollemnitate celestia sacramta. cuius suffragis q̄ largiaris. ut quod tēporaliter gerimus. aeternis gaudijs consequamur. p. **IN VIGILIA PLVRIMORVM MARTYR.**

Beaatorū martyrū tuorū itt. natalicia ueneranda q̄ dñe ecclesia tua deuota suscipiat. & fiat magnę glorificationis amore deuotior. **SVPEROBLATA.**

Sint tibi dñe q̄ nr̄i munera grata ieiunii. quia tunc eadē in sc̄orū tuorū illorū. digna cōmemoratione deferimus. si & actus illorū parit̄ subsequamur. p. **AD CŌPLENDŪ.**

Protege dñe plebem tuā. & quē martyrū tuorū. itt & itt. assidua tribuis festiuitate deuotā. tibi sēp placitā fieri precibus concede iustorū. p. **IN DIE ADMISSA.**

Dñi quinos concedis sc̄o martyrū tuorū itt. natalicia colere. danobis in aet̄na beatitudine de eorū societate gaudere. p. **SVPEROBLATA.**

Salutari sacrificio dñe populus tuus sēp exultet. quo et debitus honor sc̄is martyribus exhibetur. & sc̄i ficatio

nis tuæ munus adquiritur ꝑ. **PRÆFATIO.**
Veterne dñi. Qui scōrū martyrū tuorū piacertamina
ad copiosā ꝑ ducis uictoriā. atque ꝑpetuū eis largiris tri
umphū. ut ecclesie tuæ sēꝑ sint in exemplū. præsta nobis
q̄s. ut ꝑ eorū intercessionē. quorū festa celebramus. pieta
tis tuæ munera capiamus. ꝑ xpm̄. **AD CŌPLENDUM**

Celebrantes dñe quæ ꝑ martyrū tuorū illorū passione
ꝑ egimus. ipsorū nobis q̄s fiant intercessionē salutaria.
in quorū natalicis sunt exultanter impleta. ꝑ

IN VIGILIA. VNIUS CONFESSOR.

Da q̄s omp̄s dñi. ut qui beati illi confessoris tui atque ponti
ficis. sollempnia ꝑrimus. eius apud te intercessionibus
adiuuemur. ꝑ **SVPER OBLATA.**

Sacris altaribus dñe has hostias suppositas. q̄s ut sc̄s illi
pontifex atque confessor. in salutē nobis ꝑuenire de ꝑoꝑa ꝑ

Veterne dñi. Et gloriā tuā dñe ꝑ fusis ꝑre **PRÆFAT**
cibus exorare. ut sc̄i illi confessoris tui patrocinio nos
adiuuante. debita nomini tuo seruitute placeam. ꝑ xpm̄.

Beati illi confessoris tui dñe suffragis exoram. **AD CŌPT.**
ꝑcepta sacramentis tui nos uirtute defendi. ꝑ dñm
IN DIE ADMISSAM.

Adesto dñe ꝑcibus nr̄is. quas in sc̄i confessoris tui illi
cōmemoratione deferimus. ut qui nr̄ā iusticie fidu
ciam non habemus. eius qui tibi placuit ꝑcibus. adiuuem ꝑ

Propitiare dn̄e q̄s supplicationibus nr̄is. **SVP OBLAT**
 & interueniente pronobis sc̄o itt confessoro tuo. his sa-
 cramentis caelestibus seruientes. ab omni culpa liberos
 esse concede. ut purificante nos gr̄a tua. hisdem quib;
 famulamur mysteris emundemur. **P PRAEFAT.**

Veterne ds̄. Et in hac die te gloriosius praedicare.
 quam transitu sacro beati confessoris tui itt consecrasti.
Q̄s ergo clementiā tuā ut des nobis illā sequi doctrinā.
 quā ille & uerbo docuit. & opere compleuit. Quatin̄
 nos adiuuari apud misericordiā tuā. & exemplis eius
 sentiamus & meritis. **P xpm̄. ADCOMPLENDŪ.**

Ut nobis dn̄e tua sacrificia dent salutē. beatus con-
 fessor tuus itt q̄s precator accedat. **p̄ dn̄m nr̄m.**

IN VISILIA PLVRIMORŪ CONFESSORŪ

Beatorū confessorū tuorū dn̄e natalicia p̄geuntes.
 supplices terogamus. ut quos caelesti gl̄a sublimasti.
 tuis adesse concedas fidelibus. **p̄ SVP OBLATA.**

Sacrificiū dn̄e quod pro beatis confessoribus tuis itt & itt
 praueuit nr̄a deuotio. earū merita nobis augeant
 adonante suffragium. **p̄ PRAEFATIO**

Veterne ds̄. Sc̄orū confessorū tuorū dn̄e sollēnitatē
 praueuntes. Concede propitius. ut quidom̄s tuis ita
 exiterunt gloriosi. apud te p̄ nobis existant mom̄ib;
 idonei interuentores. **p̄ xpm̄ ADCOMPLENDUM**

Quoniam domine salutaribus repleti mysteris. ut quorum sollempnitate
preimus. orationibus eorum adiuuemur. **INDIE ADMISSA.**

Praesta domine quoniam. ut sicut sanctorum nos natalicia celebranda non de
serunt. ita iugiter suffragis comitentur. **SVPOBLATA.**

Munera domine plebis tuae quoniam. beatorum sanctorum tuorum illorum
fiant grata suffragis. & pro quorum triumphis tuo nomine
offeruntur. ipsorum digna perficiantur & meritis. **PRO FATIO**

Veterne dei. Ecce in tuorum honore sanctorum illorum glorificare.
qui & illis per certaminis constantia beatitudine tribuisti sepi
terna. & infirmitati nostrae talia praestitisti suffragia. quoniam
pro eorum meritis possis audiri dignanter. pro christo. **AD COPT**

Et natalicis sanctorum domine. & sacramenti munere uegetati. quoniam
ut bonis quibus per tuam gratiam nunc fouemur. proficiamus
eternis. pro domino. **MISSA IN NATI VIRGINUM ET MARTYRUM**

Domine quinos hodie beatae & sanctae istius uirginis martyrisque annua
sollempnitate letificas. concede propitius. ut eius adiuuemur
meritis. cuius castitatis irradiamur exemplis. **SVPOST**

Hostias tibi domine beatae istius martyris tuae dicatas meritis tuis
nus assume. & ad primum nobis tribue puenire subsidium. **SVPOST**

Verum pro christo domino nostro. pro cuius caritatis ardo **PRAEFAT.**
re istius & omnis sanctae uirginis. abeata maria exemplum uir
nitatis accipientes. presentis seculi voluptates ac delicias
contempserunt. Quoniam tuo dono actum est. ut postquam uirgo
de uirgine perdit. sexus fragilis esset & fortis. & in quo fuit pec

candi facilitas. esset uincendi felicitas. Antiquusque hostis
 qui antiquā uirginē genus humanū se uicis se gloriabatur.
 p̄ sc̄as nunc uirgines sequaces potius marie quā eius uincat.
 Et in eo maior ei confusio crescat. quod deo etiā sexus fragilis
 iā triumphat. Quapp̄ in mensā pietatē tuā humilit̄ exposcim̄.
 ut p̄ earū intercessionē. quę & sexum uicerunt & seculum.
 tibi que placuerunt. & uirginitatis decore. & passionis uigo
 re nos mereamur & inuisibile hostē superare. & unigenito
 tuo dn̄o nr̄o adherere. p̄ quē maiestātē. **AD CŌPLENDŪ.**

M diuuent nos q̄s dn̄e. & hæc mysteria sc̄a quæ sūp̄ simus. & beatę
 ill̄ martyr̄is intercessio ueneranda. p̄ dn̄m nr̄m.

INNATALE VIRGINŪ ET CONFESSORUM.

O m̄ps̄ sēpit̄ne d̄s. da nobis infestuitate beatę ill̄ uirginis.
 congrua deuotione gaudere. ut & potentia tuā in eius
 transitu laudemus. & p̄ uisū nobis p̄cipiamus auxiliū. p̄.

Offerimus dn̄e preces & munera. in honore **SVPOBLATA.**
 sc̄e ill̄ gaudentes. præsta q̄s. ut conuenient̄ hæc agere
 & remediū sēpit̄nū ualeamus adquirere. p̄ **P̄FATIO.**

V æt̄ne d̄s. Beatę ill̄ natalicia recolentes. Vere enī huius
 honorandus est dies quæ sic ad terrenā generationē p̄cessit.
 ut ad diuinitatis consortiū p̄uenire. p̄ xpm̄. **AD CŌPT.**

M diuuent nos q̄s dn̄e & hæc mysteria sc̄a quæ sūp̄ simus. et
 beatę ill̄ intercessio ueneranda. p̄ dn̄m nr̄m.

ITEM ALIA MISSA. ;

Scā tua dnē it̄ suanos interuentione letificet. & pia faci
at sollēnitare gaudere. p̄ **SUPEROBLATA.**

Acceptasit in conspectu tuo dnē, nrā deuotio, & eius fiat
supplicatione salutaris. pro cuius sollēnitare defertur. p̄

Qſ dnē salutaribus repleti mysteris. ut cui **ADCŌPT**
sollēnia celebramus. eius orationib; adiuuemur. p̄

ITEM ALIA MISSA.

Ds qui inseru fragili scārū uirginū palmā castitatis
contulisti. concede ppitius. ut earū gloriosa int̄cessio
ne. contra omā aduersa muniamur sine fine. p̄

Accipe qſ dnē munera. que pro cuncto po **SUPPOST**
pulo orthodoxo deuotissime. tue offerimus pietati.
& intercedentibus scīs uirginib; nobis salutaria te
miserante reddantur. p̄. **PRAEFATIO.**

Veterne dī. Noſte in tuis sacris uirginibus humi
lit̄ laudare. benedicere & predicare. que inter
ſeculi blandimenta int̄ psequentiū supplicia. cū
castitatis constantia multiplicē triūphi glorioſe
adquisierunt palmā. Vnde sicut ille agonizando.
p̄te mirabilē in hac conualle lacrimarū. optinuerit
trophæi uictoriā. p̄resta ut ita illarū suffragis.
possimus ad uitā certando puenire æt̄nā. p̄ xp̄m.

Da qſ dnē dī nr̄. ut sicut scārū uirginū cō **ADCŌPT**
memoratione. tēporali gratulamur officio. multa

placius illarū interuentu tuomuniamur eternali
ter auxilio. **ORAT̄ AD RELIQUIAS DEDUCENDAS.**

Miser anobis q̄s dñe iniquitates nr̄as. ut ad sc̄a sc̄orū.
puris mereamur mentibus intrare. p̄ dñm
ORATIO IN DEDICATIONE ECCLESIAE.;

Domū tuā q̄s dñe clementer ingredi. ut in tuorū
tibi cordibus fidelū. p̄petuā constituas mansionem.
ut cuius ædificatione subsistet. huius fiat habitatio
ne præclara. **ORAT̄ POST VELATŪ ALTARE.**

Descendat q̄s dñe dñr. sp̄s sc̄s tuus sup hoc altare.
qui & populū tuū dona sc̄ificet. & sumentū corda
dignanter emundet. **ALIA.**

D̄s qui inuisibiliter om̄a contines. & tamen pro salute
generis humani signa tuæ potentie uisibiliter
ostendis. templū hoc potentia tuæ in habitationis
illustra. ut om̄s qui huc deprecaturi conueniunt.
ex quacūque tribulatione ad te clamauerint. con
solationis tuæ beneficia consequantur. **ALIA.**

D̄s qui sacrorū tibi auctor es munemur effunde
sup hanc orationis domū benedictionē tuā. ut ab
omnibus in uocantibus nomen tuū. defensionis tuæ
auxiliū sentiatur. **ALIA.**

D̄s qui ex omni coaptatione sc̄orū eternū tibi con
dis habitaculū. da ædificationi tuæ incrementa

caelestia. ut quorū hic reliquias pio amore cōplectamur.
eorū semp̄ meritis adiuuemur. p̄ **SVPOBLATA.**

Omnipotens sempiternē d̄s altare nomini tuo dicatum
caelestis uirtutis benedictione sc̄ifica. & omnibus inte
sperantibus auxilium munus ostende. ut hic sacra
mentorū uirtus & uotorū obtineatur effectus. p̄

ITEM SVPER OBLAT

Omnipotens sempiternē d̄s. effunde sup̄ hunc locum
gratiā tuā. & omnibus te inuocantibus auxilium
munus ostende. ut hic sacramentorū uirtus. omniū
fidelium corda confirmet. p̄ **PRAEFAT**

Vix̄p̄m̄ d̄nm̄ nr̄m̄. per quē te supplices deprecamur.
ut altare hoc sc̄is usibus preparatū. caelesti dedicatione
sc̄ifices. Et sicut melchisedech sacerdotis precipuā
oblationē. dignatione mirabili suscepisti. Ita in postea
nouo huic altari munera. sep̄ accepta ferre digneris.
ut populus tuus qui in hanc ecclesiae domū sc̄am con
uenit. p̄ haec pura libamina. caelesti sc̄ificatione salua
tus. animarū quoque suarū salutē p̄petuā consequat̄.

Hanc igitur oblationē famulitui itt̄ quā **INFRACT**
tibi in huius tēpli sc̄ificatione offert immolandum.
q̄s d̄ne dignanter intende. ut aulam quae beati martiris
tui itt̄ meritis æquiparare non potuit. tuae claritatis
uultus illustret. fiatque tua propitiatione. tuis sacris

scilicet que digna mysteriis. sit æternæ lucis habitaculum
 temporale. Nihil mundanæ sordes obscuritates que possi
 deant. ut ueniens huc populus tuus sua consequatur
 orationes effectum. dignum locum hunc tua sentiat maiesta
 te. dum te postulata fuerit consecutus. Sit que ædifican
 tibus in precatio delictorum. dum te non pro sui operis
 quantitate. sed pro offerentium fuerit deuotione sus
 cepta. diesq;

AD COMPT

Qui omnipotens deus. ut in hoc loco quem nomini tuo in
 digni dicauimus. cunctis petentibus aures tue
 pietatis accommodes. per.

ALIA.

Scorum tuorum domine precibus confidentes. per ea que
 sumpsimus. æterna remedia capiamus. **p MISSA**
IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS BASILICAE

Dominus qui nobis per singulos annos. huius sancti templi con
 secrationis reparas diem & sacris semper mysteriis
 representas incolumes. exaudi preces populi tui. et
 presta. ut quisquis hoc templum beneficia petiturus in
 greditur. cuncta se impetrasse letetur. **p SUPPUBLATA**

Annue quod domine precibus nostris. ut quicumque in tra templi
 huius. cuius anniuersarium dedicationis diem cele
 bramus ambitum continemur. plena tibi atque per
 fecta corporis & anime deuotione placeamus. ut
 dum hæc presentia uota reddimus. ad æterna

Visusque salutare. pro annua dedicatione tēpli huius.
nos tibi grās referre. p̄ xpm̄ dnm̄ nr̄m. Cuius uirtus
magna. pietas. copiosa. Respice q̄s de celo. & uide &
uisita domū istam. Ut quisquis in ea nomini tuo
supplicauerit libenter exaudias. & satis facientib;
clementer ignoscas. Hic tibi sacerdotestui sacrifi-
cium laudis offerant. hic fidelis populus uota per-
soluat. Hic peccatorū onera deponantur. hic fides
scā stabilitetur. Hic ipse inter bonū malūq; discer-
nens. cum causam interpellatus iudicaueris quam
non ignoras. Hinc pietas absoluta redeat. hinc im-
quitas emendata discedat. Inueniat apud te dñe
locū ueniae. quicūq; satis faciens confugerit. et
conscio dolore uictus. altaria tua. riuus suarum
lauert lacrimarū. Hic si quando populus tuus tris-
tus. mestusq; conuenerit. adquiesce rogari. & ro-
gatus indulge. p̄ xpm̄. **INCŌPT**

Dñs qui ecclesiam tuā sponsā uocare dignatus es.
ut quae haberet grām p̄ fidei deuotionē. haberet
etiā ex nomine pietatē. Da ut omīs hęc plebs nomi-
ni tuo seruiens. huius uocabuli consortio digna
esse mereatur. & ecclesia tua in tēplo. cuius anni-
uersarius dedicationis dies celebratur. tibi collecta.

dño scē pator
om̄ps̄ et̄no dñs
grās honorēq;
ref.

et timeat. et diligat. et sequatur. ut dum iugiter per
uestigia ^{tua} graditur. ad celestia promissa. te ducente
peruenire mereatur. qui uiuis. **ALIA.**

Dominus qui de uiuis & electis lapidibus. eternum maies
tati tue condidit habitaculum. auxiliare populo sup
plicanti. ut quod ecclesie tue corporalibus proficit
spacis. spiritualibus amplificetur augmentis. **P**
MISSA PRO REGIBVS.

Dominus regnorum omnium & christiani maxime protector
imperii. da seruo tuo regi nostro triumphum
uirutis tue scienter excolere. ut qui tua confici
tione est princeps. tuo semper munere sint po
tens. **P** **SVPER OBLATA**

Suscipe domine preces & hostias ecclesie tue. pro salute
famulitui istius supplicanti. & in protectione fide
lium populorum antiqua brachii tui operare mira
cula. ut superatis pacis inimicis. ^{de}secura tibi seruiat
christiana libertas. **P** **INFRACT.**

Hanc igitur oblationem famulitui. istius quam tibi
ministerium officii sacerdotalis offerimus. pro eo
quod in ipso potestate imperii conferre dignatus es.
propitius & benignus assume. & exoratus nostra obse
ratione concede. ut maiestatis tue protectione
confidens. & tuo augeatur & regno. **P** **ANCOPT**

Dñs qui ad prædicandū æterni regni euangeliū romano imperio preparasti. præcende famulo tuo rege nro arma caelestia. ut pax ecclesiarū nulla turbet tēpestate bellorū. **p MISSA PRO REGE COTIDIANA.**

Qñ omnipotens dñs. ut famulus tuus ^{rex noster.} qui tua miseratione suscepit regni gubernacula. uirtutum etiā omnium præcipiat incrementa. quibus decenter ornatus. & uirtuorū monstra deuitare. & ad te qui uia. ueritas & uita es. gratosus ualeat puenire. **p SOBŌ**

Munera dñe qñ oblata scīfica. ut nobis unigeniti tui corpus & sanguis fiant. & illi regi adoptinendā anime corporisque salutē. & prægendū inunctū officium. te largiente usquequaque præficiant. **p PRÆFATIO.**

Veterne dñs. Quies fons uite. origo luminis. & auctor totius bonitatis. Et maiestatem tuā totis uisibus implorare. ut famulo tuo illi cui concessisti regendi populi curā. tribuas ^{t. ei.} id secundū tuā uoluntatem exequendi efficaciam. Et quibus tuo dono imperat. eis tua opitulatione fultus salubriter prosit. Ut pariter ab omnibus uite periculis exuti. & uirtutum spiritualium ornamentis induti. spei. fidei. caritatisq; gemmis ornati. & mundi cursus pacifico eis tuo ordine dirigat. & in scīs operibus te auxiliante perseueret. beatorumq; spirituum coheredes effici mereant. **p xp̄m dñm ad cōpt.**

Hec dn̄e oratio salutaris famulū tuū ab omnibus
tueatur aduersis. quatinus & ecclesiasticę pacis obtine
at tranquillitatē. & post istius tēporis decursū ad æt̄nā
perueniat hereditatē. **MISSA TĒPORE SYNODI PRO**

Omnipotens sempiternę d̄s. qui famulū tuū ^{regē nr̄m.} **REGĒ**
regni fastigio dignatus es sublimare. tribue ei q̄s. ut
tūa in presentia collecta multitudine. cunctorū in com
mune salutē disponat. quatinus atq; ueritatis tramite
non recedat. per dn̄m. **ALIA.**

D̄s auctor omnū iustorū honorū. dator cunctarum
dignitatum. & piorū gratissimus. conseruator impiorū.
respice sup famulū tuū ^{regē nr̄m.} & præsta ut quibus tuo dono
imperat. eis tua opitulatione fulcūs salubriter p̄sit. p̄

Omnipotens sēpiternę d̄s. celestū terrestriūq; **ALIA.**
moderator. qui famulū tuū ^{regē nr̄m.} ad regni fastigiū digna
tus prouehere. concede q̄s. ut acunctis aduersitatibus
liberatus. & ecclesiasticę pacis dono munatur. & ad
eternę pacis gaudia. te donante p̄uenire mereatur. p̄

D̄s qui scis genus humanū nulla sua uirtute **ALIA.** rex noster.
posse subsistere. concede p̄pitius. ut famulus tuus sit
quē populo tuo uoluisti præferri. ita tuo fulciatur
adiutorio. quatinus quibus potuit præesse. ualeat
& prodesse. per d̄m. **ALIA.**

D̄s qui in uero ordine uniuersa disponis. ineffabiliter
gubernas. præsta q̄s. ut famulus tuus sit ^{rex noster.} hac in præ

ferri conuentu. & in huius seculi cursu te adiuuante
p̄gat. & peragenda decernat. unde tibi imperpetuū
placere ualeat. p̄ **SVPER OBT**

Concede q̄s om̄ps d̄s. his salutaribus sacrificiis placatus.
ut famulus tuus ist̄ ad peragendū regalis dignitatis
officiū. inueniatur s̄p̄ idoneus. & celestis patrie
gaudis reddatur acceptus. p̄ **PRÆFATIO.**

Veterne d̄s. Tuamque inmensam clementiā. deo
uis mentibus. & in mensis precibus implorare. ut
qui diuersitatē gentiū. unius sacrę fidei confessio
ne. paraclyti sp̄s dono uoluisti congregare. congre
gatam cleri ac populi multitudinē. una cum prę
lato principe iubeas conseruare. Idque in hoc con
uentu te optulante deliberent. quod nequaquam
atua uoluntate discordet. Quatinus tuis montis
parentes. aduersitatibus omnibus carentes. bonis
omnibus exuberantes. & in presenti seculo. pacis
tranquillitate fruantur. & eternorū ciuim
consortio associisci mereantur. p̄ xpm̄. **AD CŒPT**

Hęc dn̄e salutaris sacrificii p̄ceptio. famuli tui ist̄
peccatorū maculas diluat. & ad regendū secun
dum tuam uoluntatē populū idoneum reddat.
ut hoc salutari mysterio. contrauisibiles & inuisi
biles hostes reddatur in uictus. p̄ quod mundus
est diuina dispensatione redemptus. **MISSA P̄ P̄O**

..
ut id in hoc
e uentu

Dſquidierū nr̄orum numerūſ. meſurasque tem-
porum maiestatis tuæ potestate diſpenſas. adhu-
milittatis nr̄æ propitiuſ respice ſeruitutē. & tuæ pacis
abundantia. tēpora nr̄a & ep̄i nr̄i. tua gratia benigni-
muſ accumula. p̄t **SVPER OBLATA.**

Respice q̄ſ dn̄e nr̄am propitiuſ ſeruitutē. & hæc obla-
tio nr̄a. ſit tibi munuſ acceptū. ſit fragilita nr̄a
ſubſidiū ſēpternū. p̄t **INFRACT.**

Hanc igitur oblationē ſamulitui & antuſtituſ ^{nr̄i} tui ill-
quā tibi offerimus. obdeuotionē mentis ſuæ. q̄ſ
dn̄e. placatuſ accipiaſ. tuaq; in eo munera ipſe custo-
diaſ. doneſq; ei annorū ſpacia. ut eccleſiæ tuæ fi-
deliter. præſidendo. te om̄a in omnib; operante.
ſic utatur tēporalib; ut ^{ad} premia mereatur æter-
na quam oblat̄n. **AD COMPT**

Da q̄ſ dn̄e. ut tanti myſteri munuſ indultū. non
condemnat̄io. ſed ſit medicina ſumentib; p̄ dn̄m.
MISSA IN NATALE PR̄BI

Dſ cuiuſ arbitrio ^{om̄ni lum̄.} om̄iſ cælorū uel ſeculorū ordo
decurrit. respice propitiu� ad nr̄i tēporiſ ætatem.
& ut tibi ſeruituſ nr̄a complaceat. & miſericordia tuæ
in nobiſ dona concede. p̄ **SVP OBLAT**

Munerib; nr̄iſ dn̄e precib; q; ſuſceptiſ. & cæleſtib;
noſ munda myſteriſ. & clementer exaudi. p̄

Vequum & salutare. Quia in seculorū **PRAEFAT**
saecula dñe permanet laudatio tua. uox haec populi tui
fideliter concinit. ut maiestati tuae placeat. atque iocunda sit deprecatio. Simul etiā illud subplex quaeso.
ut sacrificia quae tibi ego indignus offerre praesumo.
obdiem quome sacris altaribus tuis sacerdote conse-
crare iussisti. de excelso throno tuo respicere digneris.
benedictione tua impleas. scificatione scifices. p xpm.

Hanc igitur oblationē quā tibi offero ego **INFRACT**
tuus famulus obdiem quome nullis dignū meritis
sed solo tuae misericordiae dono ad hunc locū perdu-
cere dignatus es presbiteri. quaeso placatus accipias.
maiestatē tuā suppliciter accipias. maiestātē tuā sup-
pliciter deprecans. ut sicut me sacris altaribus. tua di-
gnatio sacerdotali seruire praecipit officio. ita & dignū
praestet et meritū. diesq; nros. **ADCOMPT.**

Purificet nos qsdñe caelestis executio sacramenti. & ad
tuā magnificentiam capiendā. diuinis affectibus sepe
instauret. p dñm. **MISSA SACERDOTIS**

Om̄ps sepieternē dñs. qui me peccatorē sacris altaribus
assistare uoluisti. & sc̄i nominis tui laudare potentiam.
concede q̄s. p huius sacramenti mysteriū. meorū mihi
ueniā peccatorū. ut tuae maiestati digne ministrare
merear. p dñm. **SUPER OBLATA.**

placatus acci-
pias. quatin sic.

Domine clementissime pater. per huius oblationis mysterium
meorum mihi ueniam peccatorum. ut non ad iudicium sed ad
indulgentiam. huius presbiteratus ordo mihi proficiat
sempiternam. **P** **PRAEFAT**

Paterne deus. Qui septi formis ecclesiasticis dignitatis gra-
dus. septem pluri dono sancti spiritus decorasti. presta mihi pro-
pitiis famulo tuo. eundem in scientia uite promereri
spiritum paraclitum. quem unigenitus filius tuus dominus noster
Iesus christus. tuis fidelibus mittendum esse promisit. Qui meo
pectori inspirare dignetur. catholice fidei firmitate.
& sancte caritatis tue dulcedine. meque terrena despi-
cere. & amare celestia doceat. per christum. **AD COMPT**

Sumentes domine deus salutis nostre sacramenta. presta quod
ut eorum participatio mihi famulo tuo. ad perpetuam
proficiat salutem. **P** **ITEM ALIA MISSA.**

Omnipotens eterne deus. tue gratie pietate. supplici deuotione
deposco. ut omnium malorum meorum uincula soluas.
cunctisque meis criminibus & peccatis clementer ig-
noscas. & quia me indignum & peccatorem. ^{ad} ministerium
tuum uocare dignatus es. sic me idoneum tibi ministrum
efficias. ut sacrificium de manibus meis placide. ac be-
nigne suscipias. electorumque sacerdotum me participem
facias. & de preceptis tuis. in nullo me oberrare permittas. **P**

Fac me queso omnipotens deus ita iustitia indui. ut **ALIA.**

in scōrū tuorū merear exultatione letari. quatenus
emundatus ab omnibus sordibus peccatorū. consortiū
adipiscar tibi placentiū sacerdotū. meque tua miseri
cordia auctus omnibus exuat. quē reatus proprie con
scientiæ grauat. p̄ d̄. **SVPER OBLATA**

Dī quite præcipis a peccatoribus exorari. tibi que sacri
ficiū contriti cordis offerri. hoc sacrificiū quod in
dignis manibus meis offero. acceptare dignare. & ut
ipse tibi hostia & sacrificiū esse merear. miseratus
concede. quo per ministeriū huius exhibitionē. pecca
torū omnium percipiam remissionem. p̄ **PRÆFATIO**

Veterne dī. Quidissimulatis humane fragilitatis pec
catis. sacerdoti dignitatē concedis indignis. Et non
solum peccata dimittis. uerū etiam ipsos peccatores
iustificare digneris. Cuius est numeris. ut non existen
tia sumant exordia. exorta nutrimenta. nutrita
fructum. fructuosa p̄seuerandi auxilium. Qui me
non existentē creasti. creatū fidei firmitate diuasti.
fidelem quāuis peccatis squalentē. sacerdoti dignitate
donasti. Tuam igitur omnipotentiam supplex exposco.
ut mea præteritis peccatis emacules. in mundi huius
cursu in bonis operibus corroboret. & in p̄seuerantiæ
soliditate confirmes. Sicque me facias tuis altaribus
deseruire. ut ad eorū qui tibi placuerunt sacerdotū

consortium valeam peruenire. Et pereum tibi sit meum
acceptabile votum. quise tibi obtulit in sacrificium.

Qui est omnium ^{sacerdos.} episcopus & solus sine peccati macula ponti-
fex. ihu xps dñs nŕ. p̄ que mai. **AD COMPT.**

Huius mihi dñe sacramenti perceptio. sit peccatorum
remissio. & tue pietatis optata propitiatio. ut p̄ hæc
te optulante efficiar sacris mysteris dignus. que
de tua pietate confisus. frequentare præsumo in-
dignus. **ITEM ALIA MISSA.**

Dis fons bonitatis & pietatis origo. qui peccantem non
statim iudicas. sed ad penitentiam miseratus expectas.
te queso. ut facinorum meorum squalores abstergas.
& me ad peragendum inunctum officium dignum efficias.
& qui altaris tui ministerium suscepi indignus. pago
trepidus. ad id peragendum reddar strenuus. & inter eos
qui tibi placuerunt. inueniar iustificatus. **SVPOBT**

Sacrificii presentis queso dñe oblatio. mea expurge &
facinora p̄ quod totius mundi uoluisti relaxari pec-
cata. illiusque frequentatione efficiar dignus.

quod ut frequentare suscepi indignus. **PRAEFAT**
Veterne dñs. Quidum libenter nre penitudinis sa-
tis factionem suscipis. ipse tuo iudicio. quod erramus
abscondis. Et preterita peccata nra dissimulas. ut
nobis sacerdotum dignitatem concedas. Tuum est

enim me administrandū. altarituo dignū efficere. quē
ad pagendū id officiū indignū dignatus es promouere.

Ut p̄torū actū meorū mala obliuiscens. p̄sentū
ordinē in tua uoluntate disponens. futuris custodiam
imponens. p̄ eū uitiorū squaloribus expurger. uirtutum
nutrimentis exorner. eorū sacerdotū consortio quibus
placuerunt adunet. quē constat esse utrū sūmūq; pon
tificem. solūq; sine peccati contagio sacerdotē. ih̄m xp̄m d̄n̄m

Huius d̄n̄e perceptio sac̄ramenti. peccatorū **AD COPT**
meorū maculas tergat. & ad pagendū inuictū officiū
me idoneū reddat. p̄ d̄n̄m. **MISSA P̄ AMICO VIVENTE**
is. ac famulab;

Om̄p̄s sempiternē d̄s. miserere famulo tuo. & dirige eū
secundū tuā clementiā. in uia salutis eterne. ut te do
nante tibi placita cupiat. & tota uirtute perficiat. p̄ d̄m.

Proficiat d̄n̄e q̄s hęc oblatio quā tuæ sup̄ **SYPOB**
plices offerimus maiestati. ad salutē famulatuū is. ac famulab; ut tua
prouidentia. eius uita inter aduersa & prospera ubique
dirigatur. p̄ d̄m.

Veterne d̄s. Implorantes tuæ maiestatis misericordiam.
is. ac famulab; ut famulo tuo ist̄ ueniā suorū largiri digneris peccatorū.
Ut ab omnibus inimici uinculis liberatus. tuis toto cor
de inhereat mandatis. & te solū sēp̄ tota uirtute diligat.
& ad tuæ quandoque beatitudinis uisionē puenire me
reatur. p̄ xp̄m. **AD COPT**

Sumentes dñe ppetue sacramenta salutis tuã deprecamur
 clementiã. ut p^{of}ea famulũ tuũ ill^{of} ab omni aduersitate
 protegas. per. **ALIA.**

Famulũ tuũ ill^{of} q̄s dñe tuasẽp protectione custodi.
 ut libera tibi mente deseruiat. & te protegente ama
 lis omnibus sit securus. p. **ITEM ALIA MISSA.**

Exaudi q̄s omp̄s d̄s preces nr̄as. quas in conspectu pieta
 tis tue effundere p̄sumim^{us} s. suppliciter deprecantes.
 ut famulũ tuũ ill^{of} in tua misericordia confidentẽ bene
 dicas. & om̄a eius peccata dimittas. tuaque eũ protectio
 ne conserva. ut possit tibi dignus fieri & ad eternam
 beatitudinẽ ualeat puenire. p̄d. **SUPER OBLATA**

Suscipe clementissime pater hostias placationis & laudis.
 quas ego peccator indignus famulus tuus tibi offerre
 presumo ad honorẽ & gloriã nominis tui. & prouincolumi
 tate famulitui ill^{of}. ut omnũ delictorũ suorum veniam
 consequi mereatur. p. **PREFATIO**

Vusque xp̄m dñm nr̄m. Qui hostia factus est p̄ mundo.
 & expiauit effusione sanguinis sui peccata hominum.
 Per eundem igitur te deprecor omp̄s d̄s. ut hæc oblatio
 quã tibi p̄ famulo tuo ill^{of} offerimus. sit in oculis tuis
 sem̄ accepta. Et sicut scõrũ tuorũ fides recta peruenit
 ad coronam. ita famulũ tuũ ill^{of} deuotio suate iubente
 p̄ducatur ad ueniã. Ut mereatur per hoc sacrificium acunctis

emundari sordibus delictorū . & reconciliatū tibi p̄ xpm̄
sereno uultu respicias . & om̄a peccata sua dimittas . seuerita-
tem quoque iudicii tui ab eo clementer suspendas . & mise-
rationis tuæ largitatē sup̄ eum clementer infundas . p̄ q̄ .

Purificent nos dñe sacramenta quæ sup̄sim̄ . **AD CŌPT**
& famulū tuū it̄ ab omni culpa liberū esse concede . ut
qui reatu conscientie constringitur . de celestis remedi
plenitudine glorietur . p̄ . **ITEM ALIA MISSA**

Dī qui iustificas impium & non uis mortē peccatorū ma-
iestatē tuā suppliciter deprecamur . ut famulū tuū it̄
de tua misericordia confidentē . celesti p̄tegas benignus
auxilio . & assidua protectione conserues . ut tibi iugiter
famuletur . & nullis tēptationibus ac se pereretur . p̄ **SVPOST**

Adesto dñe supplicationibus nr̄is . & hanc famuli it̄ oblationē
benignus assume . ut qui auxiliū tuæ miserationis implo-
rat . & quæ piæ precatur obtineat p̄

Grata sit tibi dñe hæc oblatio famuli tui . it̄ quā tibi offerimus
in honore beati it̄ martyristui q̄ se i proficiat ad salutē . p̄

Hanc igitur oblationē quā tibi offerimus pro **INF̄**
famulo tuo it̄ ut omnū peccatorū suorū ueniā conse-
qui mereatur . q̄ dñe . placatus accipias . & miserationis tuæ
largitate concedas . ut fiat ei ad ueniā delictorū & actuum
emendationē . ut & hic ualeat bene uiuere . & ad eterna

beatitudinē feliciter peruenire . diesq; **AD COMPLENDŪ**
